

Constitution Lothars.

que servus, qui aliquod impedimentum faciat illis solummodo Romanis, quibus antiquitus fuit consuetudo concessa per constitutionem sanctorum patrum eligendi pontificem. Quod si quis contra hanc iussionem nostram facere praesumpserit, exilio tradatur.

§ 1. Ut omnes, qui sub speciali defensione domni apostolici seu nostra fuerint suscepti, impetrata inviolabiliter iuste utantur defensione; quod si quis in quocumque hoc contemptive violare praesumpserit, sciat se periculum vitae suae esse incursum.

Nam et hoc decernimus, ut domno apostolico in omnibus ipsi iustam observent oboedientiam seu ducibus ac iudicibus suis ad iustitiam faciendam.

§ 4. Volumus, ut missi constituentur de parte domni apostolici et nostra, qui annuatim nobis renunciare valeant, qualiter etc. —

— emendatae, aut si non, per nostrum missum fiat nobis notum, ut per nostros missos a nobis directos iterum emendantur.

Ottonianum.

neque liber neque servus ad hoc venire praesumat, ut illis Romanis, quos ad hanc electionem per constitutionem sanctorum patrum antiqua admisit consuetudo, aliquod faciat impedimentum, quod si quis contra hanc nostram institutionem ire presumpserit, exilio tradatur. [*Insuper etiam, ut nullus missorum nostrorum cuiuscumque impeditionis argumentum componere in prefatam electionem audeat prohibemus.*]

§ 18. *Nam et hoc omnimodis instituere placuit*, ut, qui semel sub speciali defensione domni apostolici sive nostra fuerint suscepti, impetrata iuste utantur defensione; quod si quis in quemquam illorum, qui hoc promeruerint, violare praesumpserit, sciat se periculum vitae suae esse incursum.

§ 18. *Illud etiam confirmamus*, ut domno apostolico iustam in omnibus servent oboedientiam seu ducibus ac iudicibus suis ad iusticiam faciendam.

§ 19. *Huic enim institutioni hoc necessario adnectendum esse perspeximus*, ut missi domni apostolici seu nostri semper sint constituti, qui annuatim nobis *vel filio nostro* renunciare valeant, qualiter singuli duces ac iudices populo iusticiam faciant, hanc imperialem constitutionem, quomodo observent; qui missi decernimus, ut primum cunctos clamores, qui per negligentiam ducum seu iudicum fuerint inventi, ad notitiam domni apostolici deferant, et ipse unum e duobus eligat: aut statim per eosdem missos fiant ipse necessitates emendate aut misso nostro nobis renunciantes, per nostros missos a nobis directos emendantur.

Der Vergleich beider Columnen lehrt, dass, abgesehen von einem oben eingeklammerten Satze, den die Con-